bonae conuersationis ostendunt; Nam dum quis illorum obiectis
conscientia teste congreditur, ad totum plus spem interna aestima
tione percurrit. Nos tamen quos pastoralis cura constringit,
quib; tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summo
rum quispiam minimorumq; dispereat; maxime cum mali ipsius
recens oculis offeratur exemplum. cum apostolicae sedis praesulē
& omnium poene ecclesiarum gubernacula tractantem per pro
ximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momor
disset. & in ruinam suam aliquorum furor sine iusta indignatio
ne surrexerit; hanc ergo uolentes morborum desecare pernicie
ne in locum iniquę adsertionis nostrorum aliquis neglegentias
aucupetur. & similitudine ueritatis ad inpugnationem fultus
occurrat qui uita autem uiua hominum testimonia non formidant;
dum quod nefas dictu est conuicta loco deputatur incautus. & fecisse
scelus creditur. qui potuisse facere perhibetur; Nemo di oculos
quam hominis iudicat plus timeri; errorem creditur fouere solitudo
& profundam nequitiam incomitatus admittere. quasi caelo faci
nora penetralib; inclusa non pateant; & uindicari malum neq; at
quod homo non respicit; credentes quod rem studii possint deputare
necessitati; & dum homo homini custos est. alio mali dicendi ordi
ne pudicitiam ualeant adplicare formidini; Nos quidem uel ex
una parte carpendi occasiones incidimus. Nos supernae memores
disciplinae qualemcumq; sacerdotalem dexteram uolentibus peri
re porrigimus. & a ruinae praecipitio diabolicis actus stimulis re
tardamus. ut discant loquaces uel post decreta praesentia religiosum
amare silentium; Nullum ergo sacerdotum antiquis & modernis
legibus obsequentem; nullumq; leuitarum sine bene probata
uolumus in quocumq; loci manere persona; uel quem substantiae
exilitas non permiserit habere consortem; ipse concellaneus
fiat alterius. publicum sit apud religiosos omne quod geritur;
clandestina repudietur obscuritas. multos habeat actuum con
scios qui dō debet innocentiam; uideant aemuli. quia qui testes
adhibet uult probari. male deprehensa iudicatur conuersatio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0026